

## CODEX 37. olim signatus 2/11.

*Foliorum 240, 295 : 202 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Berchtoldo, abbe Engelbergensi (1178—1197), testibus his versiculis fol. 1 :*

Ista tibi dona, genitrix et virgo patrona,  
Bertoldum dantem serves apud Omnitonantem.

*Codex pulchre rubricatus est et aliquot maioribus litteris initialibus artifici  
manu delineatis exornatus, in fine tamen mutilus, duobus foliis deperditis.*

*Joannes Cassianus. Collationes Patrum. I.—V. XI.—XVII.  
VI.—X.*

*P. L. 49, 477—642; 847—1088; 643—835. Singulis collationibus praemittuntur capitula. Codex desinit his verbis: cum omni contritione cordis orandum est mihi. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me || Coll. X. cap. 10. P. L. 49, 835. C.*

## CODEX 38. olim signatus 3/21.

*Foliorum 82, 304 : 216 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. Praeter titulos rubricatos et eiusdem generis litteras initiales codex nitide scriptus omni ornatu caret.*

*Sermones Honorii III. papae de Sanctis.*

## CODEX 39. olim signatus 2/14.

*Foliorum 202, 293 : 198 mm.. dupli columnna exaratus saeculo XIII. sub Walthero II. de Chamo, abbe Engelbergensi (1267—1276). quod indicant versus fol. 1 :*

Abbas Waltherus patiens, humilis, bene verus  
De Chamo dictus et nullo crimine victus,  
Auxiliante pia Christi genitrice Maria  
Optinuit Stannis optatam pluribus annis.  
Communi mensae verbis turbatus et ense  
Hoc opus implevit quo completo requievit.